

quo ego, iudicat de mutando $\sigma\upsilon$ in $\sigma\omicron\iota$, si $\mu\omicron\iota$ ante $\pi\epsilon\pi\epsilon\rho\acute{\alpha}\iota\nu\theta\alpha\iota$ locum habeat (vid. edit. Routh. p. 418.). Stobaei lectiones adferre passim neglexit, Sect. 32. (in edit. Routh. p. 418.) ubi $\tau\iota\varsigma$ pro $\tau\iota$, quod recepi; add. S. 33. Textum Stephani variis locis mutavit, et ab eo recessit. Codd. Bodlei. et Reg., quibus usus est, cum Codd. meis consentire intellexi, et locos tum eos, quibus a Clariss. Viro mutationes factae sunt, et quibus a Stephano recessit, tum istos, in quibus Codd. Bodlei. et Reg. cum Codd. meis consentire reperi, collectos apposui. Denique in Appendice Varias Lectiones Routhianas ex Codd. Bodlei. et Reg., et aliunde, collectas cum Olympiodori praefatione, sententia mea subinde adiecta, non omittendas esse putavi. Haec est, Lector Benevole, Tibi reddenda ratio operae, quam huic scriptorum Platonis particulae recensendae, et illustrandae, impendi, et cuius laboris molestiam per sex septemue illos proxime praeterlapsos vitae meae annos ferendam, et contemnendam, censui, ut, qui hoc litterarum genere delectarentur, ac tenerentur, tironum studia a me adiuuarentur. Vale. Scripsi Lips. id. Iun. A. C. **MDCCCLXXXVI.**

Christianus Godofredus
Findeisenius.

Muta-